

¶ Dato uero loco Solis & hora, ascendentis gradus,  
& qui meridianum tum occupat inquiri  
rendi sunt.

**R**E G V L A fiducia applicetur horę propositę ante uel post  
meridianę, prout tempus datum exquirat, moueaturq; hac  
& illac rethe, donec Solis locus in eccliptica cadat precise sub  
eandē alhidadam, & gradus quem linea *AB* secat, erit gradus  
*MC*. Gradus uero ascendētis is est, quem orientalis Horizon abscindit,  
idq; si Sol in medietate Zodiaci ascendente fuerit, quę est à principio  
 $\varpi$ , in principium usq; Cancrī, & horę datę fuerint à sexta ante meri-  
diem, in sextam post meridiem. Aut Sol sit in altera medietate, descen-  
denti scilicet, ac horę datę fuerint à sexta post meridiem in sextam ante  
meridianam. Sed si horę datę fuerint à sexta postmeridiana in sex-  
tam ante meridiem, ac Sol in altera medietate, quę est à principio  $\varphi$  in  
finem usq;  $\varpi$  immoretur, aut Sol in ascendente medietate ecclipticę ma-  
neat, horęq; datę sint inter sextam antemeridianam, & sextam post me-  
ridiem, horizon occidentalis septimam indicabit, eo scilicet in gradu,  
quem ex zodiaco resecat, cuius oppositum est ascendens.

¶ Exempli gratia ad tempus anni Christi 1530 currentis, 21 diei Iu-  
nij, horarum 13, minutorum 16, inquiram ascendentis gradū, atq; me-  
dij cęli. Locus autem uerus Solis in meridie eiusdem diei fuit in nono  
gradu Cancrī. Pono igitur regulam fiducia ad datum hoc tempus, 13  
horarum, 16 minutorum, & nonum gradum Cancrī in rethi pono sub  
eam. Linea itaq; *AB* meridiei scilicet, indicat 27 gradum  $\varpi$ , medij ui-  
delicet cęli gradum, seu ut quidam uocant, cordis cęli. Horizon autē  
orientalis nempe, is qui est ab *AD* recta in *C* punctum exortus ex eccli-  
ptica secat 25 gradum Tauri, cum Sol sit in descendenti medietate, ac  
horę datę inter sextam post meridiem, & sextam antemeridianā, ascen-  
dentis scilicet tempore dato gradus, in data regionis latitudine, scilicet  
49 graduum, & 30 minutorum, qualis est Noribergę.

¶ Dato gradu Zodiaco altitudo eius meridiana,  
eiusq; à zenith capitum distantia  
inuestigandę sunt.

**R**O N A T V R gradus & signum datum in rethe ad lineam  
meridianam, & circa lineę *AB* cum dato ecclipticę puncto  
intersectionem, numerus graduum indicat dati puncti Zo-  
diaci meridianā altitudinem, si ipse fuerit in signo aliquo bo-  
reali, ut  $\varpi$   $\varphi$   $\pi$   $\vartheta$   $\Omega$  &  $\mu$ , aut eiusdē à zenith capitū distantia, si in signo  
australi. Linea uero *AD* indicat altitudinē meridianam eiusdem puncti,  
si sit in signo australi, aut eiusdem à uertice capitū distantia, si in boreo.

g iiij Exempli